



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XIII. Quaena[m] dicatur Confessio fraterna.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Zufis: Itidem populus præfente Sacerdote. **Confessio**
 Nec alia ratione fancti Patres generalē hanc **generalis**
 Confessionem tam frequentē in Ecclesia eſſe **in Ecclesia**
 & per Sacerdotes, totius populi nomine, ac **frequens.**
 ipſum etiam populum Sacerdotem verbi co-
 mitantem, pronuntiarī voluerunt.

Hinc Sacerdos Miſſæ ſacra myſteria à Cō-
 feſſione (quam viciffim cum aſtantibus re-
 cenſet) orditur.

Hinc finita Concione, generalem hanc,
 & publicam Confessionē ad populum pro-
 nuntiat, ac monet, vt ſe pronuntiantem po-
 pulus eiſdem verbis proſequatur.

Hinc in Horariis precibus, & manè, nēpe,
 in Primis, & Veſperè, nimirum in Cōpleto-
 rio hæc Confessio replicatur, idq; ne rei tam
 neceſſarię vnq̄ obliuiſcamur, ac fructib⁹ tam
 eximiis, qui hinc nobis proueniūt, careamus.
 Quæ de mētali Cōfeſſione dixiſſe ſuffecerit.

Quæ nã dicitur Confessio fraterna?

Confessio fraterna dicitur, qua peccatum
 noſtrum fratri, ad eū placandū & recon-
 ciliandū, confitemur. De qua Chriſtus apud
 Matthæū ait: Si offers munus tuū ad altare,
 & ibi recordatus fueris, quia frater tuus ha-
 bet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus
 tuū ante altare, & vade, prius recōciliari fra-
 tri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.

Ne autē frater tuus ſic à te offenſus, te no-
 xam tuā agnoſcentem, ac veniam à ſe peten-
 tem auerſari, aut Confessionem tuā aſperna-
 ri im-

Quæſtio

XIII.

Reſpōſio.

Matth. 5.

Caput II. De Definitione

Marc. 12. ri impunè posset, Dominus præceptū dedit, in hæc verba: Dimittite, si quid habetis aduersus aliquem, vt & Pater vester, qui in cœlis est, dimittat vobis peccata vestra. Quòd si vos non dimiseritis, nec Pater vester, qui in cœlis est, dimittet vobis peccata vestra. Et

Matth. 18. rursus Petro interroganti, Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsque septies? Respondit: Non dico tibi vsq; septies; sed vsque septuagies septies. Idque subsequente illi parabola magis inculcat, qua declarat, eum vana spe D E V M precari, qui fratri errata non dignatur condonare: Nam vt Ambrosius scitè ait, si dimiseris, benè conuenit, vt dimittat tibi; si non dimittis, quomodò eum conuenis, vt dimittat tibi? Et vt D. Hieronymus ait: Non rectè delicti sui veniam postulat, qui non prius, quod in eum delinquitur, relaxat.

Hæc autem Confessio significata est in Euangelio per pedum lotionem: Hac siquidem post cœnam peracta, Christus ratione operis sui discipulis suis exponit, dicens: Si ego laui pedes vestros, Dominus & magister; & vos debetis alter alterius lauare pedes: Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Quo significat, vbi proximum læserimus, id nos corā eo agnoscere, veniā petere, & vicissim vbi offensi fuerimus, remittere, mutuis erratis cōdolere, & pro nobis inuicem orare oportere. Estne

Iac. 5.